


P K



DEINOG IRMENSISS STADTOSZE

PROFESSORES ACADEMIAE IENENSIS STUDIOSIS S.

Fatemur nobis deesse uerba, quibus dolorem nostrum exprimamus in publica significatione obitus incliti Principis & confessoris uerae atq; iniuiolatae doctrinæ de filio Dei, Ioannis Friderici Ducis Saxoniae Electoris, qui heri ex ærumnosa iactatione uitæ huius, ad æternam consuetudinem uitæ coelestis euocatus est: Ec tamen decet etiam nos, Ecclesia infantes, hoc ingens & incomparabile decus, quod in hoc organo selectissimo Deus lucere his extremis temporibus mundi uoluit, grata mente recordari, ut ab eius exemplo consolationem capere, & animos nostros ad fiduciam erga Deum, patientiam, constantiam, erigere atq; confirmare possimus. Consideremus autem in tanto Heroe Ecclesiae, quantum possumus, dum quantu; uolumus non adsequitur imbecillitas nostra, Amisimus enim uere summum uirum, hominem quidem, & peccato ohnoxiū, quod & ipse de se in ardentí invocatione iam animam agens, Deo sincere confessus est, Sed tamen si fiat collatio cum multis milibus, hominem amissimus summis lectissimisq; uirtutibus præditum, præcipue ea sapientia, quæ sola est sapientia nominanda, quam Spiritus Sanctus accedit in homine renato per uerbum Dei, ut statuat & firmiter credat, non esse aliam rationem aut viam, nec in coelis nec in terris, per quam redire in gratiam & conciliari cum Deo possit miser homo, quam gratuitam misericordiam per Christum promissam, omnibus qui pœnitentiam agant, & sive hoc beneficium in solo Christo adprehendant, & aduersus ipsas inferorum portas in omni genere afflictionum tenacissime retineant. Hac sapientia illustratum, confirmatum, comprobatumq; Deo cum amiserimus, iusto dolore adscimus, non quidem ipsius causa, qui iampridem in regione uitiorum acquiescens beatissimus est, Sed nostro nomine, qui in hac lachrimosis ualle tenebrarum & mortis, erupta tam illustri luce, relinqutimur. Erat in eo natura uere Heroica, & præstans: ingenium perspicax atq; amplum; amor diligenter & studi singularis: Itaq; & legendi & cognoscendi, & uero etiam multa commentandi atq; scribendi ardore flagrabat, longe magis quam ultiitate fieri solet ab ijs, qui excelsa loco natí sunt. Cumq; incidisset eius gubernatio in ea tempora, quibus furor Pontificius puram de iustificatione hominis doctrinam, ferro & igne abolere iam palam conabatur, existimauit Princeps optimus non modo eruditorum iudicij acquiescendum esse, Sed sibi ipsi in causa conscientiæ fontes ueritatis perfecte cognoscendos esse statuit. Itaq; cum accessit ad se Doctoribus Ecclesiae eousq; communicauit sententias, donec de singulis articulis controuerisæ, ipse certior factus, de tota doctrina exacte rationem reddere posset. Secutum est postea bellum, cuius causam suisse ipsum nemo pius unquam affirmare audebit, id quod posteritas, omnis iniuidæ atq; odij vacua, rectius iudicabit, Nec nunc quidquā declarandi locus est, cum in ore, & confessio sit ubiq; gentium, eum nulla alia causa ad ductum, quam pietate erga patriam & Ecclesiam, defensionem suscepisse. In eo bello, iniquo Marte traditus uictori, ita se gessit, ut & Deo, & legitimæ potestati, fidem atq; obedientiam iniuiolare præstaret, Nam & patriam, & facultates, coniugemq; ac liberos, corpus atq; uitam, non dubitauit extremo periculo exponere, ut gloria Deo per filium debita integræ seruaretur, Et agnouit imperij dignitatem, eiq; ciuilem obediens, si quis alius, sincere præstitit. Quæ uirtus etiam uictori tanta uisa est, ut clementia motus, ultro eum ex custodia dimittens in patriam restitueret. Quod ad cæteras eius uirtutes attinet, similis sibi fuit in omni uiuendi ratione, natura bonus, uerax, castus, grauis, iuris & æqui obseruantissimus, nemini iniuidens, nemini obrectans, tolerans iniuriarum, quod uel ex eo liquido constat, quod totum quinquennium exilio & custodiæ suæ, ita placido atq; æquo animo sustinuit, ut nulla vox acerba aut contumeliosa in aduersarios eius unquam ab eo audita sit, Extremus



vero uitæ actus pulcherrimi finem optime certamini imposuit. Nam & p^{re}ntissimam coniugem moriturā pie consolatus est, cum & ipse aliquandiu egrorasset, addens subinde, se breui subsecuturum, & in æde sacra locum sibi relinqui iussit ad latus coniugis, quali post paucos dies, ut aiebat, ad Christum profecturo, & ex eo componens se animo & corpore ad emigrationem ex hac uitæ, ardenti invocatione & fide expectauit liberationem. Ita confirmatus spe & fiducia, satur uitæ huius, & cupidus æternæ, acquiescens in gratia & pace per Christum adprehensa, heri intra nonam & decimam ante meridiem, cum prius audisset ex grabato sacram concionem, ardenter invocans Deum, æquissimo animo, & placidissima morte obdormiens, in limnum Christi commigravit, bonus dum uixit & Princeps, & pater, nutritor Ecclesiæ & Scholarum, confessor constans immotæ ueritatis diuinæ, nunc cum ijs qui in Domino mortui sunt, uere beatus, uicturus æternum cum Christo & angelis, & omnibus electis hæredibus regni cœlestis. Agamus itaq; gratias Deo, quod tali exitu ministri sui, ueritatem doctrinæ suæ confirmauit, & quoniام Dei bonitate, iusti colliguntur, ne uideant futura mala, coniçiamus oculos atq; animos in præsentem perturbationem adflictissimæ Germaniæ, & discessum huius beati confessoris, ueluti seueram concionem de pœnitentia agnoscamus, Deumq; precemur, ut impendentes calamitates & poenas benignè mitiget ac moderetur.

Data IIII.
Martij, Anno Salutis M^{DC}L^{IV}.



Lxx nihil sic de mensib[us] iuris
in ch. fol. 29.

Dr. notizie 229

Er ist mit einer Seite
im mensch nach dem fol. 225.

69103

De missione.

Der senior h[ab]et solle[n]do wir
meist[er] w[er]t v[on]der ve[r]schiedenheit
D[omi]norum auf senior quatuor v[er]schieden
A[m]p[li]t[er]i v[er]schieden, d[omi]ni g[ra]tia. Item fol.
253

Evangelium sapientia 229.

Brimm Christian
4o chris. 292

Abschaffung mi Bischffsmil. 252

Vobis affectus, fabritas & vigilans in orando,
et unde distinta tempora orati & canendi in liturgia 109. l.

AB: 69/103


ULB Halle
004 099 699

3



f
56





PROFESSORES ACA^E

DEMIAB IENENSIS ST VDIOSIS S.

Fatemur nobis deesse uerba, quibus dolorem nostrum exprimamus in publica significatione obitus incliti Principi & confessoris uerae atq; iniuiolate doctrinæ de filio Dei, Ioannis Friderici Ducis Saxonie Electoris, qui heri ex ærumnosa iactatione uitæ huius, ad æternam consuetudinem uitæ colestis euocatus est: Et tamen decet etiam nos, Ecclesie infantes, hoc ingens & incomparabile decus, quod in hoc organo selectissimo Deus lucere his extremis temporibus mundi uoluit, grata mente recordari, ut ab eius exemplo consolationem capere, & animos nostros ad fiduciam erga Deum, patientiam, constantiam, erigere atq; confirmare possimus. Consideremus autem in tanto Heroe Ecclesie, quantum possumus, dum quantu[m] uolumus non adsequitur imbecillitas nostra. Amissimus enim uere summum uirum, hominem quidem, & peccato ohnoxiū, quod & ipse de se in ardenti invocatione iam animam agens, Deo sincere confessus est. Sed tamen si fiat collatio cum multis milibus, hominem amissimus summis letissimisq; uirtutibus præditum, præcipue ea sapientia, quæ sola est sapientia nominanda, quam Spiritus Sanctus accedit in homine renato per uerbum Dei, ut statuat & firmiter credat, non esse aliam rationem aut uitam, neq; in cœlis neq; in terris, per quam redire in gratiam & conciliari cum Deo possit miser homo, quam gratuitam misericordiam per Christum promissam, omnibus qui poenitentiam agant, & fide hoc beneficium in solo Christo adprehendant, & aduersus ipsas inferorum portas in omni genere afflictionum tenacissime retineant. Hac sapientia illustratum, confirmatum, comprobatumq; Deo cum amiserimus, iusto dolore adficiuntur, non quidem ipsius causa, qui simpliciter in regione uiuorum acquiescens beatissimus est. Sed nostro nomine, qui in hac lachrimosa ualle tenebrarum & mortis, erepta tam illustri luce, relinquitur. Erat in eo natura uere Heroica, & præstante ingenio perspicax atq; amplum: amor diligentiae & studij singularis: Itaq; & legendi & cognoscendi, & uero etiam multa commentandi atq; scribendi ardore flagrabat, longe magis quam usitate fieri solet ab ijs, qui excelsa loco natì sunt. Cumq; incidisset eius gubernatio in ea tempora, quibus furor Pontificius puram de iustificatione hominis doctrinam, ferro & igne abolere iam palam conabatur, existimauit Princeps optimus non modo eruditorum iudicis acquirendum esse, Sed sibi ipsi in causa conscientiae fontes ueritatis perfecte cognoscendos esse statuit. Itaq; cum accerlitis ad se Doctoribus Ecclesie eosq; communicauit sententias, donec de singulis articulis controuersiae, ipse certior factus, de tota doctrina exacte rationem reddere posset. Secutum est postea bellum, cuius causam fuisse ipsum nemo pius unquam adfirmare audebit, id quod posteritas, omnis iniuidæ atq; odij uacua, rectius iudicabit. Nec nunc quidquā declarandi locus est, cum in ore, & confessio sit ubiq; gentium, eum nulla alia causa ad ductum, quam pietate erga patriam & Ecclesiam, defensionem suscepisse. In eo bello, iniquo Marte traditus uictori, ita se gessit, ut & Deo, & legitimæ potestati, fidem atq; obedientiam iniuiolate præstaret. Nam & patriam, & facultates, coniugemq; ac liberos, corpus atq; uitam, non dubitauit extremo periculo exponere, ut gloria Deo per filium debita integre seruaretur. Et agnouit imperij dignitatem, eiq; ciuilem obedienciam, si quis alius, sincere præstit. Quæ uirtus etiam uictori tanta uisa est, ut clementia motus, ultro eum ex custodia dimittens in patriam restitueret. Quod ad ceteras eius uirtutes attinet, similis sibi fuit in omni uiuendi ratione, natura bonus, uerax, castus, grauiis, iuris & æqui obseruantissimus, nemini iniuidens, nemini obrectans, tolerans iniuriarum, quod uel ex eo liquido constat, quod totum quinquennium exilij & custodiæ sua, ita placido atq; æquo animo sustinuit, ut nulla vox acerba aut contumeliosa in aduersarios eius unquam ab eo audita sit. Extremus

